

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Eruditione & uirtute praestanti uiro, M. Andreeae Kegel, gubernanti studia  
literarum in oppido Eisleben, amico nostro: Rector, magistri & doctores  
Academiae Vitenbergensis S.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Eruditione & uirtute præstanti viro, M.  
Andreas Kegel, gubernanti studia litera-  
rum in oppido Eisleben, amico nostro;  
Rector, Magistri & doctores Aca-  
demia Vitenbergen-  
sis S.

Valde dileximus uirum clarissimum Casparum  
Crucigerum, doctorem Theologie, socerū tuum,  
collegam nostrum, propter ingenij, eruditionis et  
virtutis præstantiam: ac dolemus, & nos & Eccle-  
siam uoce ipsius eruditissima & consilijs orbatae  
esse. Quanquam igitur Academia nostra tecum lu-  
get eius mortem: tamen hac consolatione leniamus  
mœstitionem, quod non dubium est eum in Aca-  
demiam multo pulchriorem & tranquilliore ab-  
ductum esse, uidelicet ad consuetudinem Dei, & fe-  
lij eius Domini nostri Iesu Christi, in cœcum An-  
gelorum, Patrum, Prophetarum & Apostolorum:  
cum quibus iam dulcissime de ea doctrina, cuius  
hic elementa didicit, colloquitur. Memoriam igo-  
tur ipsius grati conseruenus, & benevolentiam  
erga eum liberis ipsius præstemus: quod te qui-  
dem præcipue facere decet: cui cum famulam uir-  
tute & forma præstantem, quam ualde diligebat,  
desponderit, ostendit se de te quoq; amanter senti-  
re. Cum autem diuisio hereditatis iuxta testamen-  
tum, quod sacer iudicauit æquum esse, facta sit,

C

Ex tua coniuncta suam partem ex hereditate ad te  
adserat: te uicissim hortamus, ut (quod iustissimum  
est) uicissim & donationem propter nuptias con-  
stitutas: & in hac re honestissima cum iusticiam  
coniugi debitam, tum uero pietatem erga sacerdotum  
declares, quem te quidem propter adfinitatem pa-  
tris loco uenerari & amare existimamus. Nos uero  
excellens ingenii eius, eruditionem, iudicij dex-  
teritatem, grauitatem & pietatem tanti facimus,  
uix ut desiderium eius lenire in nobis possimus. Be-  
ne uale, die conuersationis Pauli, 1549.

### Adolescentis cuiusdam.

Sepe decreui ad te aliquid literarum dare, a-  
mice charissime, & specimen tibi studiorum meo-  
rum exhibere. Ideo gaudeo mihi nunc commodis-  
sum argumeneum oblatum esse. Nam cum pro  
uocaris me ad scribendum, nullo minore: non so-  
lum ingratius, sed etiam impius essem, si tibi nul-  
lam gratitudinis significationem uicissim ostende-  
rem. Adhuc pater in proximis literis iubet, ut ti-  
bi gratias agerem. null enim nos non solum lite-  
ras, sed etiam communia haec officia diligenter  
colere. Gratissimum igitur nobis tuum benefi-  
cium est: & quia nobis necessarium est, & quia  
declarat, te de studijs nostris bonam spem ha-  
bere. Gaudemus etiam, tua liberalitate sumptus  
nostrorum

ac  
Hague  
provincie nos

agronomus  
Solis libet